Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



rexi destratu meo. & prostratus in oratione. rogaui dni mi
sericordiam. & dixi. Dne ihu si hec reuelatio siue uisio ex
uoluntate tua e. prsta ut iterum & tertio manifestet mi.
vt confisus fidutialiter annuntie reuelationem seruorum
tuorum. Et cepi ex illa die ieiunare. & ab omnibus me abstine
re. & preter panem & salem in escam non sumere. & aquam
bibere. sicut solemus in diebus xlme facere. Insequenti
vero sexta feria. denuo uenit scs Gamaliel in ipso habitu sic
prius uenerat. & in ipsa noctis hora. adhuc me nec ual
de soporante. & dicit mi. Quare dissimulasti kme. & non
prexisti & retulisti iohanni epo. Numquid non uides quan
ta siccitas est & tribulatio in toto mundo. & tu negli
genter agis. Surge ergo & dic illi ut aperiat nobis & fa
ciat locum orationis. ut per intercessionem nram mise
reatur dns pplo suo. Ego vero aio ad eum. Non egi dissimu
lanter domine mi. sed rogaui dnm meum & dixi. Dne
ihu xpe si ex te est hec reuelatio siue uisio. scdo & tertio
appareat mi. & nunc dne. ecce secunda uice uenisti &
letificasti me. si tertio ueneris. plenius exhilarabo.
Cumque hec audisse. manu significauit dicens. Ignos
co. ignosco. ignosco. Hec cum dixisse. dicit michi. Au
di pbr. Cui ego respondi. & dixi. Loquere dne. quia au
dio. Et dixit michi. Quia hesitasti in corde tuo dicens.
si fuerit ut inueniam locum. putas ut in uno loco posi
tos omnes inueniam. Quod si ita euenerit. quem admo
du potero discernere reliquias singulorum. Hec ergo inter
temetipsum cogitabas. Cum ergo negare non potuissem dixi.
Verum e dne. ita uoluebam in animo meo. omnia nosti.
& nichil te latet. Et dixit mi. Non sumus ut putas in